314.

König Heinrich VII. bestätigt der Stiftskirche zu Nordhausen das eingerückte Privileg seines Vaters Friedrichs II. vom 11. März 1223. — Zeuge: Landgraf Ludwig. **Nordhausen, 1223 Sept. 22.**

Hdschr.: Or. Perg. Stadtarchiv Nordhausen. Das S. ist verloren.
Gedr.: Huillard-Bréholles, Hist. dipl. Frid. II. II. 2,778. — Böhmer-Ficker 3907.

— — Testes huius rei sunt: Siffridus Moguntinus, Engelbertus Coloniensis archiepiscopi. Otto Herbipolensis, Engelhardus Nuwenburgensis, Ekehardus Merseburgensis, Cunradus Hildesemensis, Cunradus Mindensis episcopi. Ludewicus palatinus comes Reni dux Bawarie. Ludewicus lantgravius Thuringie. Heinricus comes Ascharie. Otto Magdeburgensis, Otto Aquensis, Elgerus Goslargensis, Burchardus Iecheburgensis prepositi. Thyboldus marchio de Voburh. Gerhardus comes de Diesch. Anshelmus marschalcus. Eberhardus dapifer. Eberardus et Cunradus fratres de Tanne et alii quam plures.

:Signum domini Henrici septimi Romanorum regis semper augusti.:

Acta sunt hec apud Northusen anno dominice incarnationis m. cc. xxiii., mense septembre, indictione xi., regnante domino Heinrico septimo dei gratia excellentissimo Romanorum rege et semper augusto, anno regni eius secundo; datum apud Northusin per manum magistri Marquardi imperialis aule notarii, x. kal. octobris, indictione xi.

(SD.)

315.

Die Brüder Gisilbert und Volkmar von Goslar bekennen, daß Tuto von Tautenburg, dessen Sohn und dessen Geschwisterkinder, die von Kohren, ein Gut in Gunderamishagin vor der Markgräfin Jutta von Meißen dem Kloster Eisenberg übertragen haben. **Eisenberg, 1223 [Jan.—Sept.].**

Hdschr.: Die Urkunde auf Pergament, 14½ Zoll lang und 10½ Zoll breit, an der ursprünglich drei Siegel angehängt waren, befand sich im Jahre 1850 im Besitz des Universitäts-Antiquars Armbruster zu Leipzig und wurde damals von Gersdorf abgeschrieben. Das Original ist nicht zu finden gewesen.

In nomine sancte et individue trinitatis. Gisilbertus et Volcmarus fratres de Goslaria universis presentem paginam inspecturis. Quoniam rerum gestarum oblivio materiam litibus generare consuevit, ideo nos presentis pagine testimonio confitemur et declaramus universis tam futuri quam presentis evi fidelibus, quod viri nobiles consanguinei nostri Tuto de Tutenberc et filius eius sui nominis et consobrini eius de Chorun, Heinricus, Volradus, Tudo, Timo fratres et Sophya soror eorundem, predium situm in Gunderamishagin conventui in Isinberc pro remedio animarum nepotum nostrorum pie memorie Tudonis et Friderici fratrum et pro totius cognationis nostre salute contulerunt. Verum quia secundum terre consuetudinem in hac donatione requirebatur noster assensus, utpote qui eorundem bonorum proximi eramus heredes, nos donationem eandem gratam et ratam habemus et pium ei prebemus assensum. Et ne super hoc aliqua in posterum